

RECUEIL
DE PIÈCES
INCUNABLES

SG







La couverture de ce livre
est d'un vieux contract en latin
datté de l'an 1457.
c'est au temps du Roy Charles VII.
auquel on ne contractoit apparemment
qu'en ceste langue.

Gaudebert [illegible]

Sact[illegible]

Hi tres tractatus Eusebij
Eusebij Cremonensis, S^ti Augustinj
et S^ti Cyrilli Hierosolimitanj,
adjecti sunt ad calcem Operum
S^ti Hieronimj Editionis Antuerp.
Mariani Victorij, quae prodiit
Anno 1579. typis Christophorj
Plantinj, et inter Opera Spuria
positi sunt, nonnullis mutatis
et expunctis, praesertim quae
ad vitam eiusdem Sancti ab
authore incognito scriptam
pertinent.

In hoc volumine cõtinent

Que sequuntur. Primo libellus pulcherrimus sancti basilij de laude solitarie vite.

Guigo cartusianus de laude solitarie vite.

Tractatus epistolaris prestantissimi viri magistri Nicolai de clamẽgijs de fructu heremi et laude solitarie vite

Carmen saphicum de laude et exornatione ordinis cartusiensis sebastiani Brant. 4



Venales reperiuntur parisius a Johanne Lamberto eiusdẽ ciuitatis bibliopola sub signo diui claudij manente: iuxta collegium coquereti.

¶ Ad lectorem exhortatio.

LIbellus ille venustus de commendatione solitarie vite (quē a diuo basilio profectum fuisse tradunt) ita varie intitulatur vt non iniuria de certo ei⁹ authore dubitetur. In quibusdam enim codicibus et illis quidem cōplusculis titulus basilium edidisse cōfirmat cui nos opinioni libētius sȝ forte licētius astipulantes opusculum ipm basilij nomine duxim⁹ titulandum. In nonnullis autem alijs voluminib⁹ paruum ipsum librum magno gregorio tribuendum esse et titularis index probat: et vetusta eius situatio post dyalogorum libros indicat. In ceteris vero libris libellus ipe petro damiano egregio quidem solitario ascribitur: cuius et preclaris monimentis insert⁹ haberi dicitur. Prudens itaqȝ lector in tanta varietate habeas vel deligere quod tibi rectius visum fuerit. vel si malueris de certo eius authore cuȝ petrarcha dubitare. adnimaduertens in hmōi negocijs trita sectari vestigia non esse grauis periculi: parū vero frugis in exacta rerum vestigatione plurimum autem in absoluta diffinitione temeritatis. Jam lector amice vale et libellum ipsum cum sequentibus diligenti⁹ reuolue: reuolutum in imo pectore conde: reconditū degustare satage: vt inde non modo lectionis sed et solitudinis miram suauitateȝ fructumqȝ plurimum haurire possis. Iterum Vale.

¶ De laude solitarie vite libellus pulcherrimus sā
cti basilij nomine passim titulatus.



Ibet de singula=
ris vite meritis pauca perstrin
gere/et quid de tāte vite culmi
ne sentiā laudando potiusꝙ̄
disputando breuiter intimare.
Solitaria nāqꝫ vita celestis do
ctrine scola est : ac diuinarum
artiū disciplina. Illic deꝰ ē totū
quod discitur/via qua tēdit/to
tum per qđ ad summe veritatis noticiam peruenit.
Heremus quoqꝫ est paradisus deliciarum vbi tāꝙ̄
redolentium species pigmentorum vel rutilātes flo
res aromatum sic fragrantia spirant odoramēta vir
tutum. Ibi siquidē rose caritatis igneo rubore flam
mescūt. Ibi lilia castitatis niueo candore lucescunt
Cū quibus etiam humilitatis viole dum imis contē/
te sunt nullis flatibus impelluntur. Ibi myrra perfe
cte mortificationis exundat:et thus assidue oratiōis
indeficiēter emanat. Et cur singula queqꝫ cōmemo=
rem?quandoquidē illic sanctaꝝ virtutuꝫ gramina di
uersis venustata coloribus rutilāt et perpetue viridi
tatis gratia imcomparabiliter vernant? O heremus
sanctarū mentium delectatio:et intimi gustus inex=
hausta dulcedo. Tu caminus ille caldaicus vbi san=
cti pueri furentis incēdij vires reprimūt:et ardore fi
dei crepitantiū circa se flammaꝝ globos extingunt.
vbi scꝫ et nexus vruntur/et ardorem membra nō sē
tiunt:quia et pctā soluuntur / et in hymnum diuine
laudis aīa prouocatur dicens. Dirupisti dn̄e vincula
mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu fornax vbi
superni regis vasa formantur/et ad perpetuum nito

rem maleo penitentie percussa/ac lima salutifere cor rectionis erasa perueniunt. In qua nimirum abso- lute anime rubigo consumitur: et scabies peccatorum ac scorie deponuntur. Vasa siquidem figuli probat for nax: et hoies iustos tentatio tribulationis. O cella ne gociatorum celestium apotheca: inqua videlicet illa mercium summa reconditur quibus terreviuentium possessio comparatur. Felix commertium vbi pro ter renis celestia: pro transitorijs mutantur eterna. Feli ces inq nundine vbi venalis eterna vita proponitur. ad quam emendã et (et si minimũ quid) solũ sufficit quod habetur. Ubi breuis afflictio carnis emit cele ste conuiuiũ: et exigue lachryme risum pariunt sem- piternum. Possessio terrena distrahitur: et ad eterne hereditatis patrimonium peruenitur. O cella spiri- tualis exercicij mirabilis officina: in qua certe ani- ma humana creatoris sui in se restaurat ymaginem et ad sue redit originis puritatem. Ubi sensus obtu- si ad subtilitatem sui acuminis redeunt et viciate na ture azima sinceritatis reparat. Tu das vt ieiunijs videantur ora pallẽcia: et diuine gratie sint pinguedi ne saginata. Tu das vt homo deum corde conspiciat qui suis obuolutus tenebris etiã seipm prius igno- rabat. Tu hoiem facis ad suũ redire principiũ: et de exilij deiectione ad antiquam reuocas celsitudinem dignitatis. Tu facis vt hõ in mentis arce constitutus cũcta sub se videat terena defluere semetipm que qsi in ay labẽtiũ rerũ decursiõe transire. O cella sacre mi litie tabernaculũ: procinctus triumphatoris exerci tus: castra dei turris dauid que edificata es cũ ppu gnaculis. Mille clipei pendent ex te: ois armatura fortium. Tu campus diuini prelij: spiritualis area certaminis angelorum spectaculum: palestra fortiũ dimicantiũ luctatorum. vbi spiritus cum carne con-

greditur:et fortis ab infirmiore minime superatur. Tu vallum in expeditione currentiu3:tu munitio fortium:tu presidium cedere nescientium bellatorum. Fremat hostium circumfusa barbaries: accedat cunei phalerati missilia iaculentur:vibrantium gladiorum silua densescat. Qui in te fuerint lorica fidei p̄munitii sub imperatoris sui inuicta protectione tripudiant:et de hostium suorum certantiu3 deiectione triumphant. Quibus nimirum dicitur. Dominus pugnabit pro vobis et vos tacebitis. Vel si vnus es:noli inquit timere:plures enim sunt nobiscum q̄3 cum illis. O heremus mors viciorū3:ac proculdubio fomes et vita virtutum. Te lex attollit:et prophetia miratur Et quicumq3 ad perfectionis cumulum peruenerit tua preconia cognouerunt. Porro moyses tibi debet legis bis accepte decalogum. Per te helias agnouit domini pertranseuntis excursum. Per te helise⁹ duplicem magistri sui sortitus est spiritum. Et quid amplius dicam? Quandoquidem saluator mundi in ip̄o redemptionis humane primordio preconem suū tui accolam fecit:quatinus sub ipsa seculi venientis aurora ex te lucifer veritatis erumperet:post quē plenus sol veniens mundi caliginem splendoris radijs illustraret. Tu scala illa iacob que homines vehis ad celum:et angelos ad humanum deponis auxilium. Tu via aurea que homines reducis ad patriam. Tu stadium quod bene currentes prouehis ad coronam. O vita heremitica balneum animarum:mors criminum:purgatorium sordidorum. Tu mentium secreta purificas:scalores scelerū diluis.atq3 ad ā̄gelice nitorē mūdicie peruenire aīas facis. Cella nēpe ē cōcilia bulū dei ⁊ hoīm:ɔpitū ī carne degentiū:⁊ spirituum supnoꝝ. Illic nāq3 supni ciues ad colloquia hūana

descendunt atq̃ conueniunt. vbi non tam lingue car
nis verba cōcinunt q̃ sine strepitu vocis facunda
mentium archana patescunt. Cella deniq̃ conscia ē
secreti consilij quod habet cum hominibus deus. q̃
pulchra rerum species: cum frater in cella constitu-
tus nocturnas peragit psalmodias: et quasi in diui-
nis castris militares custodit excubias. contemplat̃ ī
celo cursus syderum: decurrit etiam per os eius or-
do psalmorꝝ. Et sicut precedentes et subsequentes
stelle ad diem suas vicissitudines alternando perue
niunt: ita psalmi qui ex ore eius tanq̃ ex quodam
oriente ꝓcedunt ad suum finem paulatim velut pari
li cum sideribus t̃minatione decurrunt. Iste sue ser-
uitutis exibent ministerium: ille delegatum exequit̃
officium. Iste psallendo intrinsecus ad lucem tēdit
inaccessibilē: ille sibi inuicē succedendo eius exteri
oribus oculis visibilem reparant diem. Et dum vtra
q̃ ad suum finem diuerso itinere properāt seruo dei
quodammodo etiam ipā elemēta subseruiendo con-
cordāt. Cella deniq̃ ē testis q̃to diuini amoris igne
cor ferueat: et vtrū perfecte deuotiōis instantia quis
faciem dei querat. Nouit cum mēs hominis celestis
gratie rore perfunditur: et per cōpunctionis fletum
lachrymarum īundancium imbribus irrigatur. Ubi
etsi ex carneis oculis non semper erumpāt lachryme
ipā tñ amaritudo cordis a lachrymarum fluctibus
non elongatur. Quia quod ex ramo exterioris audi
entie non colligitur/in ipsa humilitate cordis virenti
semper radice seruatur. Sufficit enim si mens sit fle
bilis/etiam si iugiter flere non possit. Cella est triuiū
vbi preciosi lapides poliuntur in structura templi
postmodum sine vlli cudentis mallei sonitu disponē-
tur. O cella dñice sepulture propemodū emula. que

in peccati opere mortuos suscipis/et per afflatũ spi-
ritus sancti deo reuiuiscere facis. Tu es ab huiusvi
te turbida vexatione sepulchrum:sed celestis vite pã
dis introitum. Te portum tranquillitatis inueniũt
qui naufragium mũdani fluctus euadunt. Te potẽ-
tis medici conclaue decernunt:qui vulnerati in pre-
lio hostiles manus effugiunt. Mox enim vbi sub tui
culminis vmbra succumbitur :omnis sauciate ani-
me/oĩs certe interioris hominis plaga curatur. Te
hieremias aspexerat cũ dicebat. bonum est viro cum
portauerit iugum dñi ab adolescentia sua. Sedebit
solitarius et tacebit et eleuabitur super se. Habita-
tor enim tuus se eleuat super se quia anima deũ esu-
riens a terrenarum se rerum obtutibus erigit et ĩ di-
uine se contemplationis arce suspendit. A mundi se
actionibus segregat:atq; in altum se celestis deside
rij pennis librat. Cumq; illum qui est super oĩa con
spicere satagit:semetipsum quoq; cum reliqua mun
dane vallis deiectione transcendit. O cella spiritua-
le prorsus habitaculum/que de superbis humiles/de
gulosis sobrios/de crudelibus pios/de iracundis mi
tes/de odiosis reddis in fraterna caritate feruentes
Tu ociose lingue frenum/tu luxuriosis renibus cin-
gulum adhibes nitide castitatis. Tu facis vt leues q̃
q; ad grauitatem redeant:vt ociosi scurrilitatibus p̄
cant:vt vaniloqui se sub districta silencij censura cõ
stringant. Tu ieiuniorum ac vigiliaruz nutrix/tu pa
tientie custos/tu purissime simplicitatis magistra/ac
omnino fraudulẽte duplicitatis ignara. Tu facis vt
vagos quoslibet christi cathena cohercéat:vt indisci
plinati moribus a sua se prauitate compescant. Tu
nosti homines ad perfectionis culmen prouehere:at
q; ad consummate sanctitatis fastigium sublimare.

Tu facis vt homo sit teres atq; rotundus: ac nulla a semetipso morum inequalitate diuersus. Tu etiam hominem facis lapidem quadrum: construendis videlicet celestis hierusalem menibus aptum. Qui nimirum non ex leuitate morum feversatilem prebeat sed fixus semper in sancte religionis grauitate persistat. Tu homies a semetipsis extraneos reddis: et vasa viciorum florere virtutibus facis. Tu nigra sed formosa sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis Tu lauachrum tonsarū sicut piscina in esebon. Oculi tui sicut columbe super riuos aquarum que lacte sunt lote: et resident iuxta fluenta plenissima. Tu nā q; es speculum animarum vbi se mens humana perspicaciter intuens. quod minus inuenerit ipleat: qd superfluum reprimat: quod obliquum est dirigat: qd deforme componat. Tu nuptialis es thalamus i quo sancti spiritus arra tribuitur. et celesti sponso felix anima federatur. Recti diligunt te: et qui te fugiunt veritatis luce priuati: quo gressus ponere debeāt nō agnoscunt. Adhereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui: si non proposuero te in principio leticie mee. Illud etiam de te cum eodem propheta alacri libet voce cantare. Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo quoniā elegi eam. q̄z pulchra es et q̄z decora carissima in delicijs. Sub figura tui rachelem decor venusti vultus ornauit: et maria optimaz partem que non auferetur ab ea elegit. Tu areola aromatum: tu fons hortorum: tu malum punicum es decorum. Licet enim nescientibus amara videaris ī cortice: sed magnum est quod intrinsecus latet cum peruentum fuerit ad suauitatem medulle O herem⁹ mundi persequentis effugium: laborantium quies: merentium cosolatio: ab estu diei refrigerium: peccandi repudiuz: reclusio corporū: libertas animarū. Te

dauid pecijt cū mūdi mala pferret: cū timidi ⁊ tene-
brosi cordis tenebras sustineret. Ecce inqt elōgaui
fugiēs ⁊ māsi i solitudie. Et qd alios ꝯmēorē? qñq
dē iste redēptor hoīꝫ i exordio sue manifestatōis i uise
re/ ac ꝓpria te dignat⁹ ē hītatiōe sacrare. Postq̄ꝫ enī
aquā baptismatis qua lot⁹ ē lauit (vt euāgelista te-
staꝛ) stati spūs expulit eū ī desertū: ⁊ erat ibi quadra
gita dieb⁹ ⁊. xl. noctib⁹: ⁊ tentabaꝛ a sathana/ eratq̄ꝫ
cū bestijs. Debitorē ergo tibi se mūd⁹ agnoscat vnde
p̄dicaturū ac miracula facturū suscepisse se dn̄m nō
ignorat. O herem⁹ terribile malignis spiritib⁹ hīta-
culū vbi celle monachoꝝ velut tētoria ordiata castro
rū q̄si turres syō/ ⁊ q̄si ꝓpugnacl'a hierl'm erigūꝛ ad
uers⁹ assirios: ⁊ ꝯtra faciē damasci: ymo cū ī eisdem
cellulis vno spū diuersa gerāꝛ officia: dū vꝫ ⁊ hic psal
liꝛ/ illic oraꝛ/ ī alia scribiꝛ/ ī alijs ꝓ̄o varijs manuum
operib⁹ īsudatur. Quis nō hec diuina verba heremo
congruere videat quib⁹ dicitur. Q̄ꝫ pulchra taberna-
cula tua iacob/ et tentoria tua israel. Et quid de te
dicam? O vita heremitica/ vita sancta/ vita angelica
vita benedicta/ viuarium animaꝝ exedra gēmaꝝ ce
lestiū/ curia spūaliū senatoꝝ. O dor tu⁹ cūctoꝝ aro-
matū fragranciā superat. Sapor tuus dulces distil
lans fauos supˀ oīa mella guttur illuminati cordis
obdulcat: atq̄ꝫ ideo q̄cq̄d ē qd̄ de te dꝛ/ dignitatis tue
merit; nō equaꝛ. Nr ligua carnis nullaten⁹ exprime
re sufficit: qd̄ de te spūs iuisibl'r sentit Et qd̄ tu sapis
ī iteriori gustu atq̄ꝫ i medulla cordis/ nūq̄ꝫ plenꝛ ex
plicat voci s organū corpal'. Illi te nouerīt q̄ te diligūt
illi p̄conia tue laudis agnoscūt q̄ i amoris tui ā plexi
b⁹ delectabl'r reqescūt. Ceterū q̄ ignorāt se/ quō pre-
ualent nosse te? Me etiam nichilominus tue laudis
imparem fateor. Sed vnū ꝓ certo scio/ o vita benedi
cta/ quod de te indubitanter affirmo: quia quisquis

in amoris tui desiderio perseuerare studuerit ipse q̄-
dem habitator est tuus: sed eius inhabitator est deus
Dyabolus illi suis tentationib⁹ seruit: atq̄ illuc eū-
dem tendere vnde ipse est eiectus gemit. Victor ita
q̄ demonū socius efficitur angelorꝫ. Exul mundi he
res est paradisi. Abnegator sui sectator est xp̄i. Et q̄
nunc per vestigia eius graditur pacto cursu sine du
bio ad societatis eius gloriam prouehetur. atq̄ vt ip
sum fidenter dicā) qui singularem vitam vsq̄ ad finē
vite ꝑ diuino amore tenuerit de hitaculo carnis egress⁹
ad habitationem perueniet domus non manufacte
in celis. ipso prestante qui cum patre et spiritu san-
cto regnat in eternum. Amen.

¶ Finis.

¶ Guigo cartusianus de laude solitarie vite ad su-
os scribens pulchre ita inquit.

De commendatione autē vite solitarie pene ta-
cuimus / a multis sanctis et sapientibus et tan
te authoritatis vt eorum vestigia non simus calcare
digni copiose commendatam scientes: et vobis quod
eque aut melius nostis ostendere supfluum indican
tes. Nostis enim in veteri et in nouo maxime testa-
mento omnia pene maiora et subtiliora secreta / non
ī turbis tumultuosis / sed cum soli essent dei famulis
reuelata ipsosq̄ dei famulos cum vel subtilius aliq̄d
meditari / vel liberius orare / vel a terrenis per men-
tis excessum alienari cuperent / fere semper multitu-
dis ipedimēta vitasse / ꝛ solitudis captasse ꝯmodita-
tes. Hic ē vt aliq̄d ide tāgam⁹ ꝙ i agrū ad meditan
dū ysaac sol⁹ egredit. q̄d ei nō casuale / sꝫ cōsuetudia
rium fuisse credendum est. ꝙ iacob premissis omnib⁹

solus remanet facie ad faciem deu3 videt/benedictio
ne simul et nois in melius mutatione felix efficitur.
plus assecutus vno momento solus/ꝗ toto vite tem/
pore comitatus. Moyses quoqȝ helias/ atqȝ helise⁹
solitudinem(testis est scriptura) ꝗtum diligant quã
tũ ve per eã diuinoꝝ secretorum reuelationibus cre/
scant. Quoqȝ modo et inter hoĩes periclitentur assi
due: et a deo cum soli sunt visitentur. Sed et hieremi
as(quod et superius cõmemorauimus) solus sedet:
qꝛ dei cõminatione repletus est. Poscens etiam dari
aquã capiti suo/et oculis suis fontem lachrymarum
vt lugeat interfectos populi sui. Locũ quoqȝ vbi se
tam sancto in opere possit liberi⁹ excercere: postulat
dicens. Quis dabit michi diuersoriũ viatorum in so/
litudine: tanꝗ hoc eũ i ciuitate facere non vacaret:
hoc modo indicans ꝗ impediant socij gratiã lachry
marũ. Qui etiam cum dixisset. bonum est prestolari
cũ silentio salutare dei(cui negocio maximũ prestat
solitudo suffragiũ) addidissetqȝ. bonũ est viro cũ por/
tauerit iugũ domini ab adolescentia sua vbi nos plu
rimũ consolatur/qui propositũ istud pene omnes a
iuuẽtute subiuim⁹. adiecit et ait. Sedebit solitarius
et tacebit: quia leuabit se supra se: omnia pene que in
hac nostra instructione sunt optima. silentio et supe=
riorũ appetitione significãs. Que studia suos alum
nos quales efficiant: postea manifestat dicens. Da=
bit percutienti se maxillam/saturabitur opprobrijs.
Quorum in altero patientia summa. in altero perfe/
cta refulget hũilitas. Johẽs quoqȝ baptista quo iter
natos mulierum(iuxta saluatoris preconium) ma=
ior nemo surrexit. quid solitudo securitatis/ quid ve
vtilitatis afferat/euidenter ostẽdit. Qui nec diuinis
oraculis quibus predictum fuerat ꝙ ab vtero spiri=

ritu scto repletus i spiritu et virtute helye christu do=
minu foret preuenturus nec mirabili natiuitate / nec
parentum sanctitate securus / frequentia hoim fugi=
ens tanq periculosam deserta solitudinis tanq tu
ta delegit tandiu pericula / morteq nesciens : qdiu
heremu sol9 icoluit. Ubi quid virtutis lucratus / qd ve
sit meriti xpi baptismus / et pro iusticia mors susce=
pta mostrauit. Talis est enim factus in solitudine:
vt dignus esset lauante oia xpm solus lauare : et p
veritate nec carcerem nec mortem declinare. ¶ Je=
sus ipse deus et dns cuius virtus nec secreto iuuari
nec publico poterat impediri / vt suo tamen nobis co
suleret exemplo / prius qz predicaret vel signa faceret
tentationibus atq ieiuniis quasi probatus est in so
litudine. de quo scriptura refert q relictis turbis di/
scipulor / in montem solus ascenderet orare. Qui et
imminentis iam tempore passionis apostolos reliqt
solus exoraturus. isto vel maxime insinuans exeplo
quatu solitudo prosit orationi: qn comitib9 lz apostо=
lis no vult mixt9 orare. ¶ Jam vos ipi ac venerabiles
patres / paulus / anthonius / hylarion / bndictus / et ce
ceteri nobis inumerabiles quatu in solitudine men=
te pfecerint. p vos considerate: et probabitis suauita
tes psalmodiaru / studia lectionu / feruores orationu
subtilitates meditationum / excessus contemplatio=
num: baptismata lachrymarum: nulla re magis q z so
litudine posse iuuari. No aut hec vobis pauca que di
xim9 sufficiant exempla ad suscepti laudem proposi
ti: sed ipi potius vobis plura coaceruate. vel de rerũ
vsu pntiu: vel de sanctar paginis scriptura: qua qz
ipm tali comedatione no egeat: quia et sua raritate
et suor sectator paucitate sufficienter sese comedat
Si cui iuxta dni verba arcta e via que ducit ad vita

et pauci inueniunt eā:et econtra ampla ē via que du
cit ad mortem:et multi vadunt per eam. inter xpiane
religiōis instituta: tāto se vnūquodqꝫ melioris ⁊ sub
limioris ostendit meriti quanto pauciores et tanto
minoris et inferioris. quanto plures admittit. Bene
vos semper valere:et nostri meminisse optamus.

¶ Tractatus epistolaris prestantissimi viri/egregij
qꝫ solitarij magistri Nicolai de clamengijs (quē baio
ceñ ip͛rimis cātorē: deinde cartusianū fuisse dicunt)
de laude et fructu solitarie vite.

Doceri per me desideras qui ita in solitudinib⁹
atqꝫ in heremo vt ais versari delector quos ibi=
fructus inueniam quā iocundos aspectu: q̄ꝫ suaues
gustatu: q̄ꝫ salutares effectu. Et quāuis ioco ac ridi
culo ad locīqꝫ cōtumeliam ilid querere videaris qua
si in loco vasto a cultuqꝫ alieno nulli possint fructus
oriri serio tamen tecum agere et ad tua volo quesita
respondere docereqꝫ non insuaues neqꝫ omnino inu=
tiles in desertis sepenumero fructus inueniri. Atqꝫ
vt aliqua repetam quis paradisus voluptatis cun=
ctis pomiferi generis late consitus arboribus quis
fertilis alius locus omnibusqꝫ bonis et copijs exube
rans tantos hebreoꝝ populo peperit fructus tanta
miracula ostendit tam suaues cibos tribuit tantas
celitus exhibuit consolationes quantas horribilis il
la solitudo quā ad promissam sibi terram proficiscēs
quadrageno annorum cursu peragrauit? Quia enī
duce carebāt qui viā posset ī inuio cognoscere ignis
eis pro duce fuit sūmo ꝑ noctē clarescēs ab ethere q̄
regio flagrantior nimijs estuabat solis ardoribus.

Ruben die pro tegumento/pro vmbra/ pro refrigerio et item rursum pro ductu habuerunt. Quia i solo ardenti et scalido aque minime suppetebant: silex eis vndā percussa euomuit. Quia longe a ciuitatib9 atq3 ab oppidis positi sumpta semel vestimenta mutare aut renouare non poterant: nulla fuerunt venustate tanto vsu: tanto tpe: tanto viarū dispēdio cōsumpta. Quid māna in cibis omnibus suauius: ꝛ cū omne delectamentum vniuersiq3 alterius eduly saporē ac delicias exhiberet: quid tollendo efficati9 fastidio? Māna tamen populus ille perfidus et ingratissimus fastidiuit: carnesq3 sibi ad vescendū dari ꝯcupiuit. Et ecce grex coturnicum innumerabilis omnia repente castra operuit. Quid diuisas a se referā maris vndas: siccoq3 transgressas populi vestigio? Quid insequentes egyptios rursum coeūtib9 vndis interceptos? Quid amaras memorem aquas ligno per moysem immisso potabiles effectas? Quid rubū non inter flammas exustum. Quid amalech moysi prece superatum: orandiq3 remissione superantem? Quid virgam sacerdotis aaron frondes: flores et amigdala vna nocte germinantem? Quid tanta alia gesta mirabilia genti illi irritatrici deo largiente impensa in deserto? Unam illam non debeo rē omittere ꝙ legem illi in heremo/ preceptaq3 a dn̄o acceperunt Et qui a tempora illa sine lege et cerimonijs tanto spacio vixerant: mandata diuino digito scripta quibus eius peculiaris dici populus mereref non nisi in solitudine adepti sunt. In cuius adeptione moyses legifer eorum ea familiaritate cum domino loquebatur qua homo cum suo amico loqui solet. Cui nunq̄ nisi a turbis plebcioq3 strepitu separato celeste aperiebatur alloquium. Uide nunc que illis vrbane delicie

hortorum amenitates: que ludorum aut epularum a liorumve quorumlibet vulgo desiderabilium falsa et inania gaudia ita magnos: ita uberes: ita copiosos fructus attulissent. Nec est q michi obijcias gentem illam dura ceruice et indomabili corde ex hijs tantis beneficijs non fructum sed perniciem reportasse. du tanta ex eis milia propter exacerbationez ingratumqz murmur partim igni: partiz anguibus: partim telluris hiulce voragie: parti seuis alijs plagis iustissime iflictis perierut. No magis ea culpa e pris bnficetissimi tot salubria largientis vel loci quo hec contingebant q si eger male medico obtemperans vitio sue edacitatis intereat. Culpa est sui interitus vel medicatori ipi vel vtili medicamento ascribenda? Sed ne ex solius veteris instrumenti hystorijs fructus heremi colligere laudesqz et beneficia retexere videamur quanqz nos omnia illa respiciant vmbratiliuz qz illa figurarum nos lucem et veritatem teneam⁹ iam ex opaca et vmbrosa prioris illius populi solitudine ad noue splendorem gratie veniamus videamusqz an aliquid fructuosum nobis etiam ex deserto puenerit. Et vnde queso nostre legis sicuti et anterioris nisi ex deserto manarunt exordia? Ubi preconis nostri vox illa mature affuturuz verbum nisi in deserto clamauit? Ubi clarissimus lucifer venturum mundo verum solem preueniens nisi in deserto refulsit? Ubi ille viam dno nisi in deserto parauit? Non alibi turbas docuit: non alibi penitentie baptismum nostri in tipo baptisimi prenunciuz et predicauit et tradidit Non alibi agnum illum sine macula qui mudi peccata tolleret cuiusqz calceos soluere se indignu fatebatur suo digito demonstrauit. Non alibi deniqz vitam agere a paruula adhuc etate instituit: nos sua vita

suis factis suo esu et vestitu mirabili erudiēs q̄z parco et frugali victu q̄ moderato cultu contenti esse debeamus: quātūq; lubricas vrbium vanitates lu xus et superfluitates magnis implicitas peccatis effugere. Ut autem iudex adueniens preconi attestaretur vociq; verbum responderet nec ipse desertum saluator exhorruit. ymo et sua presentia ꝛ clarissimis miraculis illustrauit. Nonne in desertum ductus a spū sine cibo et potione quadraginta dies exegit sathananq; insidiatorem perpessus est? Hijsdem nāq; eum artibus quibus adam prothoplaustum deiecerat non est veritus inuadere. Sed sicut ille tentatori in loco deliciarum victus succubuit sibi q; et suo generi mortis aculeos intulit sic iste adam nouissimus illum in heremo victor superauit: docuitq; non inter mundi illecebras sed magis in solitario silenti et q̄eto loco triumphum de hoste illo versuto et calidissīo sperandū. Nam q̄ post longua ieiunia telo scripture obiecto eum pertutit nobis certe insinuat tenui illum alimonia: carnisq; maceratione et iugi verbi celestis auditu vel lectiōe maxime vinci oportere q̄ autem christo in deserto angeli ministrarūt q̄ raro aut nunq̄z inter turbas sibi astitisse leguntur monstratur illos precipue angelico ministerio solatioq; recreari qui omnibus propter christum concupisceutijs abiectis soluti a mundi laqueis tenacibus eum sequi illi seruire soli illi adherere decreuerunt. Quare eni nō in deserto ille esse iure dicat. qui omnia propter xp̄m deseruit qui omnia velut stercora christi eximio amore arbitratur cui mundus crucifixus est et mundo ip̄e cui postremo mundus ip̄e cum suis oblectamentis veluti quoddam desertum est in quo etsi plura videantur nulla tamen solidam mentem concutiunt

nulla ad noxiam excitant concupiscentiam nullo per uerso afficiunt desiderio. Sed vt ad hoc perueniatur necesse est solitudinem diuturnā (michi crede) eē magistram siue illam quis in heremo seu in cenobio ali quo / seu in cella aut cubiculo / seu quod est efficacissimum in corde proprio requirat. Neqꝫ enim vlla exterior ita nos deo consiliat solitudo sicut interior illa qua a cordis nostri latebris passionum eliminato tu multu cor ipsum vacu e factum curisqꝫ alus liberum solum deum desiderare / solum querere diligere et meditari compellimur. In cordis eteni nostri possessiōe socium christus habere recusat qui ad nos ī euange lio verba sua dirigens ait. Non potestis deo seruire et māmone. Sed vt ad hanc perueniamus cordi puri solitudinem tranquillam / iocundam / quietam / pacificam / illa magnopere adiuuat exterior que de foris ī cursantibus obiectis a corporali nostro sensu velut ab animi ianua substractis blanda quoqꝫ lenocinia ymaginum quibus a deo mens nostra fornicatur. ab ei9 aditu substrahit. Inter autē signa multa atqꝫ egregia. opera virtutū que christus in deserto gessit. illa turbarū refectio silētio pretermitenda non videt̄ qua hoīm quinqꝫ milia paruulis et mulierib9 exceptis ex duobus tm̄ piscibus. et quinqꝫ ordei panib9 tātis superātib9 reliquijs satiauit. Ex qua si morales vellemus elicere instructiones non minus ex illis epulis mētes nostre saginarentur q̄ turbe tunc fuerunt ventres satiati. Sed si hoc facere tentemus nostra forsan nimis in longū euagabitur oratio. Omissa er go re illa fastidiosis forsitan onerosa / non debeo insigne illud ex apocalipsi ioannis omittere. testimonium / quo fidelium ecclesiam quaꝫ sub ymagine mu

lieris sole amicte describit/temporibus ãtichristo di/
cit in desertum locũ datis sibi duabus alis volaturã
ibiq; in loco a deo sibi parato a facie diri serpẽtis cer
tis temporibus alendam. Jamvero si velim narrare
quãtos ex heremo fructus et sibi et suis posteris illi
angelici homines perceperunt/qui thebaidẽ ceterasq; horrendas et vastissimas incoluerunt solitudines
egypti. quam ibi vitam tenuerunt/quam salutiferam
doctrinam reliquerunt/que mirabilia gesserunt. hodierne fragilitati non quidem imitabilia sed certe incredibilia/me vires me eloquentia/me tempus deniq; ipsum deficiet. Arbitror te eorum vitas: dicta pariter et acta illustria a hieronimo: euagrio: cassiano: et
aliis forsan nonnullis ornate et copiosissime digesta
perlegisse. Que si forte non legisti ex eorum fontibus
quantam tua sitis optabit haurire de rebus omnibus noticiam ¶Possem alia valde multa ex scripturis
exempla producere quomodo dauid i deserto saulis
inimici effugit insidias: quomodo helyam primum
coruı in solitudine deinde angeli pauerunt quomõ
raphael angelus demonium in deserto religauit. Sz
hec et pleraq; alia ne sermo longius excurrat pretereo. Considera igitur/tecumq; aliquando constitue
vtrum tot res preclarissimas atq; alias permultas
que meam fortasse fugiunt memoriam. fructuum cẽseas nomine appellendas: an sola illa hoc nomine digna existimes que ex agris metuntur: ex arboribus
decerpuntur: ex pecudibus obueniunt: ex prebẽdis
percipiuntur: et si quid sola hec putas fructus apellari debere: quia eis ad vitam agendam velut rebus
necessariis hoĩes fruũtur. Uide quos alios fructus homines i mortali vita habituri sint q̃ bestie pabulo et

ventri dedite. Bestie quippe sicut homines hijs vtū
tur: sua nꝗ etiam ex illis vitam sustātant. Si vero nul
li sint hoīm alij in hac vita fructus ꝙ quadrupeduꝫ
non video quos in futura vita poterunt vel iure debe
būt expectare. Alios aūt esse quosdam hominū fru=
ctus non cum pecudibus cōmunes paulus apostolꝰ
ostendit. Postq̄ȝ enim carnis opera enumerauit (que
cum plurimū dānosa sint merito noluit fructus ap=
pellare) continuo subiungens ait. Fructus aūt spūs
est charitas: gaudiū: pax: pacientia: lōganimitas: bo
nitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: con=
tinētia: castitas. Hij sunt veri et proprij hominis fru
ctus qui vel nūq̄ȝ veterascunt: nunq̄ȝ soluunt: nunq̄ȝ
excidūt vel si qui forsitā excidunt vel soluunt / alios ī
pña pariūt oī euo oī tp̄e oī ꝑpetuitate durabiles. Et
si vim verbi sequi placet rationēqꝫ attēdere significā
tie multo rationabilius hec oīa debent fructus ap=
pellari q̄ȝ poma fruges peculiū: que homines vulga=
ri verbo fructus vocant. Ista enim aut corrupta velo
cissime putrescunt et vix in annū alterum conseruan
tur aut sepe ad mala plurima hoīes eis abutuntur.
Illa et solida bona sūt ꝛ q̄ nūq̄ȝ ī ꝑniciē detorquent̄
Cūqꝫ hec sint bōa hoīs potissima ī hac tēporali vita
pignoraqꝫ vite eťne tāto magis fructꝰ hoīs dici meret̄
q̄ȝ illa q̄ carnē pascūt sentinā ac seminariū vicioꝝ q̄ȝ
to plus ratio hoīs ī spū q̄ȝ ī carne cōsistit. Hos aūt sa
lubres fructꝰ q̄ mētē nō vētrē satiāt si illi sctissimi pa=
tres quoꝝ superiꝰ memini ita ī populosis vrbibꝰ ita iter
sclī pōpas atqꝫ oblectatiōes se reperire potuisse adi
pisci ꝛ ꝯseruare credidissēt sicut ī horrēti siluaꝝ vasti
tate: nō illi q̄dē heroici ꝛ diuini viri hēri deberēt cele
bri hoīȝ iudicio verū potiꝰ bestiales stolidi et mente
capti: vt pote q̄ tātos labores tantam vite austeri=

tatem/tantum discipline rigorem/tantas inedie eru
nas/tantas rerum pene omnium penurias frustra su
scepissēt. Sed nouerāt illi viri dei celesti spiritu pleni
vix aut nunq̄ fieri posse vt cum frequentia hominum
terrena atq̄ carnalia sectantium cum luxu: cum pe
tulentia cum voluptatum illecebris cum omnium in
citamētis viciorum que in ciuitatibus abundant: illam
mentium puritatem impollutissimam et ab omni fe
ce terrena: carnaliq̄ contagione alienam conseque=
rentur. Dices forsan in vite cursu peragendo tempo
ri seruiendum esse hoiemq̄ sui seculi se cōformare o=
portere consuetudini: homines nunc alios esse: vitam
aliam: mores alios: fragiliora esse corpora: tempora
delicatiora non posse nunc ea homines que tunc pote
rant An abbreuiata est (obsecro) manus domini vt fer=
uenter se zelantibus tantam opem ferre non possit:
tantam impartiri virtutem quantam prioribus secu=
lis sanctis illis senioribus conferebat? Utrum ne in
brachio suo et in suis putas viribus illa potuisse et
non ministrato desuper auxilio? Audi quid liricus
noster dauid dicit. Non enim in gladio suo possede=
runt terram: et brachium eorum non saluauit eos: sz
dextera tua et brachium tuum: et illuminatio vultus
tui: qm̄ complacuisti in eis. Audi preterea apostolum
Non q̄ simus (inquit) sufficientes cogitare aliquid
ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo ē. Quomō po
tuit dicere lucidius: nichil nos sine deo posse qui vel
sufficiētes esse nos negauit aliquid ex nobis ipsis co
gitare. Uoluntas dn̄i inquit ysaias est fortitudo vr̄a
Non igitur temporum debemus incusare maliciam
non corporum queri mollicie non nostram in alie=
nos mores ignaniam reflectere. Tepora et corpora nostre

voluntatis incausa est quominus corpora nostra cuz dei hec adiutorio possint efficere. Animus etenim noster nullo modo sibi debitum seruans in corporis organa imperium non regit ipse sed magis regitur nō imperat sed obsequitur. Victus itaqꝫ et effeminatus et carnalis vt ita dicam nichil difficile: arduum virtuosū aggredit. Nichil qđ sensuū offēdat appetitiones sibi agendum suscipit: corporisqꝫ inebriatus desiderijs fallaci sibi blanditur persuasione nulla se talia debere suscipere que corpus exequi non possit ymmo vero dicamus nolit. Pro lege enim apud se statuit nolle carni blande consorti: aut mēbris suoruz operum ministris aduersari. neqꝫ illis reluctantibus aliquid omnino conari. Et miramur si in tali regimine fluida: languida: imbecilla: fracta: mollia: eneruia ad bonum omne iutilia sunt corpora: si rationis preterea imperio superbe et contumaciter obsistunt. Solent serui quibus omnia per dominos licent nimia eorum abuti indulgentia: et plerumqꝫ in insolentiaz rebellionemqꝫ elati illorum imperia negligere. Deniqz que capitalior vox: que magis inimica virtuti sententia: ꝙ hortari vt temporibus seruiamus? quod simulatoris est et assentatoris: vt publicos sequamur mores: quo nichil perniciosius: vt seculi nos coaptemus consuetudini: quod fugere et aspernare via est atqz fundamentum totius virtutis. ymo vero sacre littere: beata xp̄i precepta omnium patrum antiquorum monumenta nichil eque nostris sensibus inculcant sicut seculi blandimenta fallacia a deoqz auertentia declinare conuersationem horrere mores erroribus viciis omniqz plenos iniquitate contemnere Et profecto si menti saciem pauluz seposito carna-

li affectu rerũ cogim⁹ intueri veritat ẽ nulla rs nos tantis ĩplicat erroribus tantis vicijs ĩuoluit tantis flagicijs ĩficit sicut ꝙ populi facta imitamur publicos pro laudibus mores amplectimur turbã cecam ducẽ sequimur. que dum nescit quorsum ĩpingat merito nos secum ĩ foueã p̃cipitat. Utilius certe fuerat cũ aliqua irrisiõe a multitudĩe fieri alienũ q̃z dũ exẽplaria eius cum magno applausu errata comprobamus nos secũ ĩ suã ruinam atq₃ perniciem traheret Quis enĩ sanctioris semitam propositi celesti ĩspiratione concepti ĩgredi cupiens non amicos non cõtribules non domesticos, omnes suos aduersarios habebit. Non velut amens et ĩsanus a tota pene multitudĩe redebitur? vult aliquis curas seculi abijcere onera excutere compedes rumpere ĩ veram sese libertatẽ vendicare iugũ xp̃i spretis facultatib⁹ ꝛ paupib⁹ erogatis suscipere quãta ille fabula fiet ĩ populo Et tamen audimus christum aperte dicentez. Nisi quis renunciauerit oĩbus que possidet non potest me⁹ esse discipulus. Uult aliquis carnez domare arctioris abstinentie se legibus constrigere vigilando atq₃ orando pernoctare obiurgabitur ab oĩbus cerebro vacu⁹ dicetur mox futurus Studio quis afficitur religiõis cartusiãq₃ ĩtroire desiderat cur te ĩquiunt is p̃ditu₃ grauia ferre ĩstituta non poteris. Cõsidera exilitatẽ cui corpusculi et vide q̃d delicatius viuere didicisti q̃ tenere educatus es molliter atq₃ suauiter. Quomodo illam professionem seueram horridam asperã poteris sustinere? Quomodo a carnibus iugiter abstinere iuge cilicium portare ieiunij districtionẽ seueritatem tristissimã solitudinis asperitatẽ seruare? Cõsule tue fragilitati et solitis bonis vtere concessisq₃ ĩ

dulge delicijs:alioquin ante diem tuū reus tue mor-
tis accumbes. Nonne longe melius erat communem
et suauem vitam cum amicis consectando tuam ī se-
culo salutez operari? An non possunt in seculo homi
nes saluari? Toti pene orbi videris iniurius qui tot ī
seculo viuentes alienos esse deputas a salute. Nō pe
tit deus aut precipit vt homo cuz corporis sui vel mor
te vel dispendio ad salutem aspiret: ymo nullum est
certioris argumentum dānationis q̄ͣ sui met homici
dium. An non queso sano corpore sanis membris sa-
no capite melius et deo gratius ad vitam eternam q̄
rendam incumbitur/ q̄ͣ hijs omnibus inualidis aut
lesis aut inedia confectis? Sicut artifex instrumento
inutili non potest vtilis operis quippiam facere sic a
corpore inutili fracto et inefficaci que egregia pos-
sunt facta/ que fructuosa opera peruenire? Que er-
go te queso detinet amentia quid tibi vis / quid tibi
deest? Tante tibi opes suppetunt/ tantus sensus tan
ta predia/ tam florēs vndiq̄ͣ arridet prosperitas: ᷑tu
omnia mentis inops proijcies atq̄z illum celle carce-
rem perpetuum/ ferinam et siluaticam vitam illā nō
modo ab hominum victu ab omniq̄ͣ suauitate sed a
congressu a consortio a sermonis communione/ ab ip
sa postremo humanitate abhorrentem accipies? hec-
cine erat tui generis de te expectatio? In te parentū
senectus velut in solido innititur presidio: te vnum
vnice diligunt te habēt pro sua requie: pro singulari
solatio: pro summa recreatione tu fratrum et sororuz
spes tu cognatorum propinquorūq̄ͣ oīm lux dec⁹/ at-
q̄ͣ ornamentum. Quemobrem progenitores te litte-
ris imbuerunt/ te cum tanto suo sumptu studijs ope
ram dare voluerunt/ vt sibi et sue domui ceterisq̄ͣ su-
is liberis ex te haberent fulcimentum. Esset q̄ͣ

qui tantas tueri diuicias et tantum posset patrimoniũ defendere. et tu pro omnibus cumulatis in te benefi-ciis talem eis ingratissimus vicissitudinem rependis Si tuum crudelem animum et ferino iam efferatum cõsilio nulla tui mouet pietas at parentũ saltẽ tuoꝝ miserere illorum etatem lachrymas et mesticiam re spice et vide ne in suo luctu tabescentes tuus inflexi bilis rigor amarissimo interiteritu conficiat Tanti te in seculo honores si amplecti eos velles expectãt/ tot tibi lucra tot cõmoda tot fructus obiiciunt. Tu principũ potes assequi seruicia forum sequi causas orare iudiciarios gerere magistratus clara et ditia sortiri coniugia. Si vero te ista minime delectant sũt prebende sunt dignitates quas ĩ ecclesia poteris adi pisci. Sicq; in dei famulatu vitã longe ornatiorẽ si-mulq; honoratiorem nec adeo tue persone moles-stã transigere. Hoc igitur insanum omitte consiliũ et sine eos vitam illã agrestã expetere qb⁹ nulla mũ di applaudit suauitas. Qui idcirco mundum relin quunt ꝙ nichil vbi pedem figant aut vnde aliquem fructum apprehendãt illic inueniunt. ¶ His atq; eiusmodi vocibus homines dyabolus immergit mũ-di naufragiis ad portumq; saluberrimũ vite casti gationis suspirantes ex medio cursu reuocat in pela gus. reuocatos variis vndis: vẽtis et procellis iactat et tandem in vndis ipis seuissimisq; turbinibus (nisi diuina clementia suos miserata errores subueniat) iactatos obruit. Satius vt predixi erat dum ad me liorem nos vitam celitus accensi conferre disponim⁹ subsannationes vulgi opprobriaq; contẽnere ꝙ̃ mis sa ad aratrum manu propter populi ludibria retror sum respicere atq; in salis effigiem hoc est in vite prio

ris sterilitatē more vxoris loth conuerti. Sal enī3 ter re aspersum ex fertili et frugifera sterilem efficit si cut per prophetam dicitur. Posuit terram fructife ram in salsuginem a malicia inhabitantium in ea. Sed redeamus ad desertum a quo paulum digressi sumus dum mundi amatorum studia anxia sq3 cupi ditates describimus: qui nichil omnino probare nisi quod sequuntur nouerūt. Et hec vt arbitror causa ē quare illis qui in seculo in quo aliq̄diu fuerunt con uersati: atq3 a suo consortio sese abstrahere cupiunt ita esse consueuerunt infesti. Quem autē3 deserti fru ctū magis ꝯmēdare debemus q̄3 ꝙ nos in terram illā beatissimam lacte ⁊ melle manantē: celestē sc3 patriā nisi ipsi īpediam⁹ introduxit? ꝙ locus est penitentie ianua paradisi: via reconsiliationis: iter iusticie: semi ta gratie schala glorie. Unde et illa felix anima que de hac valle miserie vinculis carnis absoluta ad eter ne vite gaudia: et beatissimam requiem intrare me- ruit. per desertum et de deserto ascendere dicitur si- cut in canticis legitur. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus? Et ite- rum. Que est ista que ascendit de deserto delicijs af- fluens innixa super dilectum suum? Et regius ille ꝓ pheta vt dei virtutem et gloriam tandem videre mere retur. desertum se petijsse dicit. In terra inquit deser ta et inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi vt viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Non potu erunt patres illi hebreorū ex egipto egredientes que mundi tenebras figurat: in terram promissionis que terram viuentium signat introire: nisi per quadragi ta annos in deserto excercerentur. Moyses vt in mō te dn̄m contemplari mereretur. quadraginta dierum

explet in heremo ieiuniuꝫ. helias angeli monitu sub
cinericeo primū pane refectus vt ad montem oreb cō
scendat dn̄m etiam visurus quadraginta dies ieiu
nat in deserto. Saluator preterea noster formam no=
bis penitentie quam mutaremur prescribens qua/
draginta similiter dies dignatus est in deserto vt su/
pra cōmemorauimus ieiunare: cuius rei representa
mus in ieiunij quadragesimalis annua obserua=
tione memoriam. Non repeto que de Johanne prius
dixi: satis est semel esse dicta. Quomodo ergo post tā
ta exempla nos peccatores sceleratissimi quoꝝ post
semel obiectam innocentiam salus medela/refugiuꝫ
in penitentia esse constat: desertum dānare aut vitu
perare audem⁹? nisi aut ita aut in profunduꝫ malo
rū venimus vt vel ad patriam nostram iaꝫ tendere de
sierimus vel illam omnino assequi desperemus aut
forsitā antiquis illis feliciores sine deserti exercitio
et labore penitentie ad illam nos peruenturos existi
mamus: cuꝫ illam non sint ingressuri nisi qui de tene
brosa mundi egipto per desertum penitentie ambu/
lantes exierint: nec vniuersi quidem illi: sed qui corde
non reuertuntur in egiptum verū extremos dies su
os ī penitentia consūmant. Et quemadmoduꝫ in de
serto ydolatre apostatici fornicatores impudici nefa
ri. scismatici exacerbatores ingrati edaces et gule de
diti qui egiptū propter pepones et cepas ⁊ ollas car
nium mente et voce repetebant prostrati sunt. et illo
qꝫ tam numeroso hoīm populo paucissimi terram vi/
derunt repromissam: ita valde formidandum est ne
ex vniuersa copia populi christiani qualis hodie ip̄e
populus in vita et moribus est: pauci admodum illā
supernam ciuitatem vltra qꝫ posset animus concipe

re:aut voluntas desiderare bonis omnib⁹ uberrimas visuri sint. Errant siquidem innumerabiles in deserto penitentie omnes videlicet illi quos vel spe de celestibus abiecta nunquam peccatorum penitet: vel sit qui eos penitet dignos tamen penitentie minime faciunt fructus. Non tam peccata et male blandas suas concupiscentias quibus toto inseruierunt atque inheserunt tempore relinquentes: quam ab ipsis morte cogente inuicti relicti. Non exigit a nobis xps aliquid quod nostram transcendat virtutem. Nemo est sue mentis compos omnib⁹ a deo virib⁹ destitutus: vt ei ad suam salutem cum ineffabili sui auctoris miseratione non satis vigoris extet. Si delicato es corpore et non potes in solitudine cum maioribus hebreorum quadraginta annos agere: nec a te hoc deus requirit qui antiquis illis te leuans oneribus diem tibi pro anno dedit. Quod si nimis attenuatus dierum etiam non potes quadragesimam christianis indictam explere. nunquid ita te causaberis inualidum vt saltem viam trium dierum non possis in solitudine cum deo tuo ambulare? Quod si et hoc te posse neges: nunquid saltem ingemiscere te posse negabis? Quacunque hora inquit dominus per prophetam peccator ingemuerit: omnium iniquitatum eius non recordabor. Sed nos arundines fragiles vento quolibet leuissimo agitate: in terramque deflexe omnem laborem reicim⁹ omni impulsu quatimur/omni impetui cedim⁹ nec stabilem et erectam sursum verticem retinem⁹. Talis ille arundo non erat de quo apta negatione xps a turbis interrogat Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam Sed quid existis in desertum videre? Hominem mollib⁹ vestitum? Ecce qui mollib⁹ vestiuntur in domib⁹ regum sunt. Talis preterea arundo iob non erat qui cum repente

ventus vehemens a regione deserti irruisset: quattu
orq; angulos domus in qua ipsius liberi epulabant
oppressis liberis suis cōcussisset: inconcussus ipse per
mansit. Habet igitur desertum suos fructus dulces
vberes: saluberrimos: quibus anima pie xp̄m esuriēs
melliflua suauitate reficitur. Inuenit ibi vnusquisq;
quo vel famē suam satiet et compescat: vel suo morbo
subueniat. Si iustus es: ibi maxime tuā potes et cō
seruare et adaugere iusticiam. Ibi namq; fructus iu=
sticie iuxta apostolū in pace seminatur: ibi potissimū
gustatur q̄ suauis est dominus: et q̄ bonus israel de
us hijs qui recto sunt corde. Ibi sacrificium laudis
vult dominus sibi offerri: sicut ad pharaonem man=
dat: dimitte populum meum vt sacrificet michi in de
serto. Si peccator es ibi altero penitentie baptismo
tue sordes/tua scelera diluentur. Ibi a patrefamili
as errabunda ouis queritur et que ad ouile redire
sua virtute non poterat/pijssimi patris humeris im=
posita reportatur: Si in seculo aruisti et fructum fer
re non potes. ibi virga arida floret/fructusq; partu=
rit. Si duro es et saxeo corde/vt non possis igemisce
re et tua lachrimis deflere peccata: ibi aqua de saxo
fluit/sed virga percusso. Si incētiua te carnis sollici
tant: rubus ardet et nō comburitur. Si estus tenta=
tionum vehementior ingruerit: nubes ibi refrigeriū
desuper obūbrans prestat: vt merito gratias agens
dn̄o liberatus dicas. Domine dn̄e virtus salutis mee
obumbrasti super caput meum in die belli. Si ecōtra
gelide noctis vmbra: et frigore nimio tepefactus a
bono opere torpescis: ignea desuper columna tuis te
nebris irradians tuum frigescentē animū inflāma=
bit. Tedio quis solitudini aut edacis accidie fatiga

tur:secum voluat et meditetur/q: et si terribilis est lo
cus ille:vere tamen domus dei est et porta celi. Cogi
tes preterea schalam ibi esse quam iacob in quiete
vidit:cui dñs innititur:et per quam angeli deorsum ꝓ
incolarum solatio descendentes rursum vicissim celū
petūt:et iam non sibi videbitur solus esse qui ita se as
sociatum cogitabit. Mordetur quis a serpentibus:
ad serpentē eneum conuertat intuitum/ qui exalta-
tum in cruce filium hois exprimit.et confestim sana
bitur visqꝫ omnis noxij virus abscedet. Si hostes te
tui territant insultantes/et aquis persecutionum in
undantibus opprimi pertimescis: aque illic ex egy-
pto cedentib9 viam pandunt/hostesqꝫ a tergo vrgen-
tes inuoluunt. Si amalech cum toto insurgit excer-
citu/teqꝫ vndiqꝫ suis machinis et arietib9 oppugnat
nō ī telo aut gladio nec ī hasta aut clipeo/aliove quo
libet belli apparatu illum superare poteris. Locus il
le tuas ad bellum miro triumphandi genere manus
docet:quibus nudis et inermibus ad deum deuota
orandi instācia eleuatis.hostis ille sola prece fugabi
tur/totusqꝫ eius acerrim9 fugabitur impetus At nō
sunt in deserto cibi/non sunt aque nisi amare. Sunt
oīa vbi est fides/nec potest alicuius rei esse penuria:
vbi vere et perfecte est fidei abundantia. Audi cer/
tum et indubium huius rei testimoniū. Si habueri/
tis inquit saluator fidem sicut granum sinapis dice-
tis monti huic transi hinc et transibit. Qui ergo ha
bet illam fidem qua valeat mōtes transferre et loco
mouere debet ille pertimescere ne fame pereat? Nō
sunt cibi in deserto. Nolite inquit christus solliciti eē
de cibo dicentes quid manducabimus aut quid bibe
mus. Scit enim pater vester celestis quia hijs indi

getis. Sed querite primum regnum dei et iusticiam eius: et hec omnia adducentur vobis. Non sunt cibi i deserto. Jacta cogitatum tuum in dño et ipse te enutriet. Illi te curare pmitte: cui te semel curand ũcõmisisti. De fidelibus enim seruis satis christus sollicitatur: vt eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame. Non sunt panes in deserto. Qui potens est de lapidibus suscitare filios abrahe: potuit et de eisdem in deserto panes efficere. Sed poscenti vt faceret dyabolo tanq̃ vili et indigno petitori merito obtemperare non voluit. Non sunt panes in deserto. Et sunt angeli/sunt et corui qui eos deferant: sicut helie anthonio/paulo/et plerisq; aliis dñi iussu detulerunt. Non sunt panes in deserto Ergo ne panẽ angelorum quo patres in solitudine vescebantur panẽ non esse arbitraris? Nõ sunt panes i deserto. Et vnde ergo est illud/cibauit illos ex adipe frumenti? Non sunt panes i deserto. Quinq; ibi oli panes fuerunt: qui quinq; hoim milia tot restantibus fragmentis christo agente saciarunt. Quare ergo modice fidei ibi metuis inedia deficere? Non sunt panes in deserto. Et vnde mulier illa a facie tetri serpentis effugiens ibi a domino alef. Nam quãtum ad aquas attinet quas amaras esse q̃reris/qua ille possint ratione dulcescere/in moyses te ligni intrusi docet misterio: et sale rursus heliseus iniecto. Sed adhuc forsan oppones verbum xpi. qm̃ non in solo pane viuit homo. bene ais si addideris quod sequitur. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Panis enim corpus educat: verbum dei cor nostrum vegetat. Cui si diligenter gustãdo studueris paucis escis contentus eris carnalibus/nec lautiores apparatus magnopere desiderabis. Quid enim heremi ac

cole cum epularũ delicijs aut cum gule irritamentis qui ad hoc ferarum lustra et deserta antra petiuit ne inter talia cum mũdo deperiret? Videat qui illa aio semel abiecta repetit. ne more canis reuersus ad vomitum cum corde redeuntibus in egyptum. intereat Tu quisquis es qui spiritalẽ in heremo vitaꝫ ducere elegisti et magis abiectus esse in domo dei tui ꝙ habitare in tabernaculis peccatorum. illum debes panem; querere/ illum iugiter ruminare meditatione ꝗ cor hoīs confirmet non qui stomachum oneret. aut distendat. Ille autem est sermo dei quo nullum potes efficatius in omni anxietate inuenire solacium vel in aduersis quibuscũꝙ subsidium. Omnia inquit apostolus que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt vt per paciẽtiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Et rursus idem de eodem eleganter et pulcherrime: Viuus est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipite pertingens vsꝙ ad diuisionem anime: et spiritus compagum. quoqꝫ et medullarum/ et discretor cogitationũ et intentionum cordis. Ihieremias quoqꝫ propheta ait. Sermo tuus ignis exurens est/ et malleus conterẽs petras. Quid dulci consolatione et suauitate plenius potest homini accedere ꝙ cuꝫ deo loqui deumꝙ secũ vice mutua audire loquentem? Sicut autem nonnulli patruꝫ recte et preclare dixerunt qui orat cum deo loquitur qui legit in sacris scripturis deum secum loquentem habet. Quorum alterna duorum vicissitudine homo interior noster summa atꝙ suauissima recreatiōe fruitur/ molestias vitat/ tedias effugat/ labores et aspera queꝙ tranquillo animo tollerat. Qui ergo in hijs excercetur ille verissime potest dicere cum

scipione nunq̄ minus solum esse q̄ cū solus est. Quē
enim solum minus esse possumus existimare q̄ illum
qui assidue dei consortio et colloquio perfruit. Ipse
autem in solitudine maxime nobiscum versari / atq̄
ad cor nostrum loqui delectatur: sicut de peccatrice
aīa quam ad se cupit reuocare per osee prophetam
dicit. Adducā eam in solitudinē et ibi loquar ad cor
eius. hec biga que per desertum huius peregrinatio
nis hominem recto et inoffenso vehit gradu: que illū
maxime sustentat atq̄ elapsum continet / que postre
mo a terrenis suspensum a seculi purgatum labe ce-
lo tandem inuehit. has puto intelligi posse duas alas
fideli illi mulieri tēpore illius pestiferi iniquitatis fi/
lij in deserto alende dandas: quibus a facie serpētis
totisq̄ habenis laxande malicie euolabit. ¶ Cernis
igitur non deesse solitudinis amatoribus in solitudi
tudine fructus: tātoquidem fructibus illis quos ho
mines turbis mixti secularibus: implicati terrenis i
hyantes percipiunt suauiores: q̄to celum terre pre-
stat vitro saphirus: aurum luto. q̄ vero ais educatos
vrbanis moribus nullam prorsus siluis iesse arbitra
ri dulcedinem: nec pasti carduis aselli rosis pulcheri
mis: nec porci ceno assueti violis atq̄ margaritis de
lectantur. Animalis hō īquit apostolus nō percipit
ea que sunt spūs dei: stulticia enim est illi. Sed vt idē
gentium doctor rursus ait. Quod stultum est dei sa/
pientius est hominibus: quemadmodum et e diuerso
ipsa mundi sapientia eodem teste: apud deum stulti/
cia est / Elige itaq̄ vtrum velis cū me sapere an ma
gis cum vulgo. Et si mundi sapientiam elegeris: me
mento iterum dicti apostolici quia sapientia huius
mundi inimica est deo. Et iacobus in ep̄la. Qui vo-

fuerit amicus fieri huius mundi inimicus dei consti=tuctur. ¶ Haec ad te de heremi fructu pro tuorum postulatorum volui responsione nescio an satisfactione perscribere. Non q illa experiendo gustauerim: qui heremum non attigi. vt tu falso vel opinaris vel mihi imponis: nec illius sum dignitatis vt eius accola fie=ri/taliaq experiri meruerim: sed quos in ea sancti vi=ri eterna memoria digni fuerit egregios fructus a=depti ita ipse fructu vacuus summatim exposui si=cut tabula pigmentarij preciosa oculis hominum ostendit atq explicat aromata eorum tamē et virtu=tis et odorifere expers est fragrancie.

¶ Finis.

¶ Diui brunonis vite institutio. Et de laude et exor=natione ordinis cartusiensis. Carmen saphicum Se=bastiani Brant.

Spiritus sancti gratiam michi da
Summe celorum moderator o rex
Ordinis laudes valeam sonare
Carthusiani
Ecquis ad vitam leuius beatam
Quis ve secure/citius ve tendit?
Tutius qui snam sua facta anhelat
Carthusiano?
Bruno tu felix merito fereris
Qui viam latam fugiens sinistre
Arripis dextram/prior atq factus
Carthusianus.
Abdita querens socijs receptis

Ut loco degas heremum legebas
Hortus insignis duce te rigatur
Cartusianus
Spernis hec mundi bona que putant
Preteris cleri tumidos honores
Quos queas plures habuisse: factus
Cartusianus
Tu sacri iuris fueras peritus
Pagine sancte docilis magister
Carus et multis: nichil ista pendis
Cartusianus
Inter amfractus/dubiasqꝫ mundi
Semitas: arctam peregre capescis
Et viam certam propere insecutus
Cartusianus
Addo ꝙ papam variasqꝫ pompas
Curie tenens/calabros adisti:
hos doces normam: struiturqꝫ turris
Cartusiana
Nullus obstabat labor aut grauamen
Quo minus semen iaceret salutis
Corda fecundans bonus iste miles
Cartusianus
Ut nec hunc te sciat esse presul
hugo preclarum rutilansqꝫ sydus
Splendeant quondā duce quo seqces
Cartusiani
Scripta solamen monitum salubre
Fratribus mittit heremi vetustis:
Stare quos gaudet veteri instituto
Cartusiano
Bruno tuꝫ demū venerande claudis

Ultimam vite peragisq; metam
Pace transmigrās superas ad aulas
Cartusianus
Regulam linquis satis eminentem
Patribus multis placidam sacratis
Pontifex summus probat et decorat
Cartusianus
Arce nec celsa potuit latere
Ciuitas: lumen modio tegi nec
Crescit ⁊ passim procul auctus ordo
Cartusianus
Non rigor quondā scythie/aut canopi
Accolis maior nutrieve montis
Quam seruant casti modo sobriiq;
Cartusiani
Terminos certos statuunt peculi
Cura non auri grauat hos maligni
nam sciunt pauci satis esse paucum
Cartusianum
hactenus nunq; fluuio perhenni
Deserit montis veteri saporem
Degener nunq; fuit ordo visus
Cartusianus
Vos odor christi bonus: aggregatus
Ex cenobitis et anachoritis
Plane baptistam tamen emulantes
Cartusiani
Mundus haud dignus fuit ve teneret
Abditos cellis/heremum colentes
Pellibus cunctos capreis mellotis
Cartusianos
Inter arbustum nemoris repertum

non fuit lignum sibi comparandum
Sancta nam radix pare fronde floret
Carthusiana
Lugeāt q̄uis spacio momenti
Et licet semen iaciant gementes
Attamen leti veniunt maniplis
Carthusiani
Inclitos fructus parit et suaues
Arbor: hanc vitam probat hortulanus
Palmites que fert viridantis vue
Carthusiana
Sabbata et fedus domini tenetis
Estis eunuchi domini volentes
In domo vobis locus est herili
Carthusiani
Unicus tecti/tugurijq custos
Peruigil passer/meditās columba
Et pellicanus heremi colonu
Carthusianus
Turtur o christi speciose merens
Tu gemis sponso vidua te charo
Fronde non curas viridi cubare
Carthusiane
Respuis quicquid iubeat voluptas:
Balneum vitas/teneros amictus
Carnibus vesci fugis abstinendo
Carthusiane
Ipse non queris hominum diem: nec
Arrogas laudes populi caducas
Glorie spernis stimulos inanes
Carthusiane
Unius flocci/patriam/parentes

Liberos/fratres/facit et sorores
Atqz fortune bona cuncta temnit
Carthusianus
Seculi sordes fugit et prophanat
Et suam vitam:nichil ista curat
Dulce nil christo siue nil amenum
Carthusiano
Qui iugum letus teneris ab annis
Pertulit:solus sedet et tacebit
Se super gaudet fore se leuatum
Carthusianus
Veste procedit cito nuptiali
Obuiam sponso:manibus nitentes
Lampades gestans/oleo decoras
Carthu sianus
Excubat/longas meditatur horas
Crastine nullus labor est diei
Quid ve manducet/bibat aut fruatur
Carthusianus
Insuper carnem violant domando
Incolunt cellas/vigilant precantur
Abstinēt corpus macerant flagellis
carthusiani
Unius iussum tolerant prioris:
Quicqnid id mandat peragunt volentes:
Precipit si quid graui9 facescunt
carthusiani
Rarior casus facile inde surgunt
Paruulos petre propere atterando
Baltheo lumbos veneremqz stringunt
Carthusiani
Id quod elongans facit hos subire

Claustra deserti: fugiunt manētes
Milites christi lachrymis vacādo
Cartusiani
Sint licet plures populo serentes
Pabulum pauci faciunt sed eheu
Que docent solus opere ista monstrat
Cartusianus
Dat theoriis operam supernis
Mentis excessu speculatur alta
Raptus in celos superos tuetur
Cartusianus
Omne terrenuz pedibus reculcans
Transuolat nubes animi meatu
Alloqueus christum fruitur loquendo
cartusianus
ciuium turbas populi tumultus
Ride: actoris c upidi et querelam
Pascue montes proprie tuetur
cartusianus
Tradit ad mensam domini talentum
creditum lucrum faciens honestum
Quod suus tollat dñs reuersus
cartusianus
Optimus vite modus et probatus
Jure diceris etiam misellus
Sperem athletam fore me palestre
cart u siane
Recte felicem penitus beatum
Teqꝫ perfectum sine labe dicam
Jam vale nostri memor ordo sancte
cartusiane.

¶ Exhortatio ad lectorem de vita solitaria


De numero etheree quisquis cupis esse palestre
Principe sub christo et degere miliciam
huc precor obtutu figas tua lumina: et hora
Et propere hos sanctos contueare viros
Feruor apostolicus et disciplina prioris
Templi: fecit eos linquere cuncta fuga
hijs pertesa quidem consortia chara parentum: et
coniugia: ac mundi dulcia et illecebre
hos diuinus amor fructus radice beata
Ferre bonos fecit: et vigilare deo
hijs crucifixus erat mundus deserta petebant
Quo magis immundi demonis arma fugent
hos deus omnipotens tua gratia missa superne
Lustrat: et irriguo crescere fonte facit
O bone christe iesu q̃tos peperere triumphos
hij tibi dilecti mellifluiqꝫ viri
O tibi quas grates horum vice promit olimpus
Quasve chorus laudes concinit angelicus?
Illorum metuende pater prece respice vultu
Me miserum placido: fac placeamqꝫ tibi


¶ Finis.





Jehan lambert





[illegible]

in [illegible]
in [illegible]
[illegible]

[illegible]

Zeelants [illegible]

[illegible]

